



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118030**

§. 10. Rex Arragoniæ a Summo Pontifice coronatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

**Sæcul. XIII.** di partes tuebatur Pontifex, Moguntia  
A.C. 1204. autem, Philippo Suevo, adhærens, Leo-  
 poldum Archiepiscopum venerabatur.  
 Epistola Papæ vigesima prima Aprilis  
 data est.

## §. X.

*Rex Arragoniæ a Summo Pontifice  
 coronatur.*

*Indic. rer. Arrag. to. 3.* **M**ajor quam Principis Bulgariæ & Du-  
*Hisp. ill. p. 61* cis Bohemiæ in Sacram Sedem de-

votio fuit Petri II. Regis Arragoniæ, qui  
 ipse Romam iter suscepit, ut ab Innocen-  
 tio Papa coronaretur. Is cum ex Pro-  
 vicia \* solvisset, habens quinque tri-  
 mes, Genuam appulit, indeque die o-

\* Provence octava Novembris anno millesimo du-

centesimo quarto in quamdam Insulam,  
 inter Portum & Ostiam sitam, pervenit.

*6. ep. epist. Innoc. 229.* Regem Archiepiscopus Arelatensis, Præ-  
*ap. Rainald.* positus Magalonensis, pluresque viri Ec-  
*1204. n. 71.* clesiastici, generis nobilitate & doctrina  
*Gest. Innoc.* insignes, ac etiam multi Optimates co-  
*n. 120.* mitabantur. Papa vero tanto hospiti-  
*Duchesn. to.* ducentos prope equos, asinosve clitella-  
*4. p. 808* rios, misit in itineris subsidium usque  
 ad Ecclesiam S. Petri, Cardinales quo-  
 que aliquot, Senatorem Romanum, plu-  
 resque alios viros nobiles delegavit, qui  
 venientem exciperent, ac in domum Ca-  
 nonicorum S. Petri honorifice deduce-  
 rent.

rent. Tertia exinde die in Festo S. Mar. Sæcul. XIII.  
 tini Papa cum Episcopis, Presbyteris & A. C. 1204.  
 Diaconis Cardinalibus, cum Primicerio,  
 Cantoribus, urbis Senatore, Judicibus  
 publicis, Præfectis, Causidicis, Tabula-  
 riis, Romanorum præcipuis, & magna  
 populi frequentia ad Basilicam S. Pan-  
 cratii se contulit, ubi, Petro Episcopo  
 Portuensi Unctionem sacram Regi dare  
 jussso, ipse sua manu coronam imposuit,  
 ceteraque omnia Regum Insignia, pal-  
 lium, tunicam, sceptrum, orbem, & Mi-  
 tram tradidit.

Tum juramentum exegit, quo Rex  
 promitteret, fidelem se cum regno suo  
 Pontifici futurum, Fidem Catholicam  
 defensurum, oppugnaturum Hæresim,  
 libertatem & immunitatem Ecclesiarum  
 conservaturum. Rex deinde cum Papa  
 ad Basilicam S. Petri reversus, sceptro  
 & corona super Altare depositis, de ma-  
 nu Pontificis gladium, quo juvenes E-  
 quites accingi solent, accepit, ac Altari  
 patentibus Literas imposuit, quibus re-  
 gnum suum Sacræ Sedi offerebat, ac ve-  
 stigale efficiebat, obstringens se ad pen-  
 dendas in singulos annos ducentas quin-  
 quaginta *Macemutinas*. Erant nummi  
 aurei, quos Arabes invexerant, alio no-  
 mine *Mabozemutini* dicti. His peractis  
 Papa Regem ad S. Paulum deduci jubet,

ubi

Sæcul.XIII, ubi paratas triremes concendens ad sua  
A.C.1204. revectus est.

*Indic.* At Optimates, populique Arragoniæ  
amare querebantur, Petrum Regnum  
*¶ ep. 101. ap.* suum, quod liberum acceperat, tributa-  
*Rain. n.34.* rium reddidisse. Elapso exinde bien-  
*Gest. n.122.* nio Papa Regi Petro concessit, ut ejus  
*Zarita lib. 2* successores Cæsaraugustæ ab Archiepi-  
scopo Tarragonensi coronari possent, Bul-  
la die decima septima Junii anno millesi-  
mo ducentesimo sexto data. Nam ve-  
teres Arragoniæ Reges coronari non  
solebant, sed ubi uxores ducebant, vel  
ad annum vigesimum quintum pervene-  
rant, Equates creabantur, tumque Re-  
ges appellabantur. Petrus II. omnium  
primus consecrari voluit.

### §. IX.

#### *Hospitium S. Spiritus Romæ.*

*Gest. Inn.* Sub idem tempus Innocentius Papa  
*n. ult.* suis sumtibus condidit Hospitium,  
*Anast. vit.* ad ægrotos pauperesque excipiendo, prope Ecclesiam S. Mariæ in Saxonia, ita  
*p. 179.* dictam, quod in platea Saxonum Romæ,  
*10. ep. 179.* S. Petri Basilicæ propinqua, staret. Ce-  
*v. Chastelain* terum de hac platea jam Leonis IV. æ-  
*notes Mar-* tate, in medio Sæculi IX. mentio occur-  
*tyr. 13. Jan.* rit. In novo Hospitio Papa constituit  
*p. 202.* stationem solemnem Dominicæ post o-  
ctavam Epiphaniæ, qua die sacrum suda-  
rium